DDITIONES.

1 AN *in feudis dignitatum,&c.*] An† & quatenus in feudis
dignitatum,puta,Ducatus,Marchionatus, Comitatus,
Baroniæ,&c.locum habeat ſucceſſio, poſt alios, fuſius expli-
cant Henricus à Roſen-
thal.in tract.iur.feud.cap.
9. membr. 1. concluſ. 55.
nu 7.cum ſeqq.D.Bocer.
in tract. de iur. ſucced. in
feud.cap.3.q.48 Hucq;re
ferri poterunt, quæ anno-
tauimus ſupra ad q. 44.
Harprec.

QVÆST. LXXXI.

1 a *QVæro,an* [a] *in feudis dignitatum, puta, Marchionatus, vel Cõitatus, requiratur noua concaſſio, ad hoc, vt deſcendentes inueſtiti in ipſis feudis ſuccedant? Reſpond. quod de iure vtriq; requirebatur noua conceſſio, ex quo huiuſmodi feuda potius electione,quam ſucceſſions obueniũt. Et ita colligi videtur ex text. in c.1.de feudo March. Sed tamen conſuetudo contrariũ uſurpauit, quia hodie in iſtis feudis ſicut in alijs habet locum ſucceſſio. Et hæc eſt communis doctrina Doctorũ, vt dicit Zaſ. de feud.in 8.part. verſ. Super tertio principali. Hanc etiam dicit eſſe communem ſententiã Iacob. de feud. in verb. Dux. verſ.quid ſi Rex. nu.2. & ſeq. Intellige, quando huiuſmodi feudũ conceditur alicui in proprietatem,alias ſecus; & intel-*
b *lige etiam, vt tranſeat* [b] *ad primogenitum tantum, & non ad alios hæredes. Et ita quotidie obſeruatur, vt dicit Iacob.in loco præallegato.*

b *Vt tranſeat ad primogenitum tantũ.*] Quod
2 †primogenitus in ſucceſ-
ſione feudi regalis, & di-
gnitatem annexam ha-
bentis, ceteris ſuis fratri-
bus prſæerri debeat, iam
in confeſſo eſt, & oſten-
dimus etiam ad princi-
pium tit. Inſtit. de hære-
ditatib. quæ ab inteſt de
3 fer. num 102.& ſeqq. Equid† vero nepos ex filio primogenito
patruo ſuo ſecundo genito in iure primogenituræ ſit præfe-
rendus, maior dubitatio eſt? Et hinc illum præferendum eſſe
4 multiplex ſuadet ratio. Tum† quia nepos in filij ius,& locum
ſuccedit,vt iure communi,l. ſi nepotes,7. ff.de collat.bonor. l.
1.§.ſi filius 4.ff de ſuis & legit.hæredib.ſic & feudorũ iure,tit.
8.de ſucceſſ. feud. in princ. ibi, nepotes ex filio loco ſui patris,
lib. 1. F. Imò nepos mortui patris ſui locum adeo repente oc-
cupaſſe dicitur, vt ne momento quidem vllo vacaſſe patris lo-
cus intelligatur,argum.l.2.in fine principij, ff. de bon. libertor.
& l.3.§ vlt.ff.de donat. inter vir. & vx. Ergo merito nepos eo-
dem, quo pater, iure vti iubetur, l. qui ius 177. ff. de reg.iur.
5 Tum† quia natura pater,& filius eadem ferre perſona reputan-
6 tur,l.vlt.C.de impubr.& al.ſubſtitut. Vnde† vox patris,tanquã
vox filij eſt,auctore Iuſtiniano in §. ſi quis alij 4. verſ. ei vero,
7 Inſt.de inutilib.ſtipulat. &† una caro habentur pater, & filius,
can.contradicimus,22.§.hac.auctoritate,cauſ.35.q.3.
8 Hinc† pater,cui commiſſa eſt à Republica legatio, filium
legationi expediendæ ſubſtituere poteſt, l. ſciendum, 4. §. le-
gati, ff. de legationibu. Quare, ut pater primogenitus, ſic &
eius filius ad primogenituræ ius admitti, & in eo patruo ſuo
9 præferri debet. Tum† quia filius primogenitus uiuo quoq;
patre, ius ſuum primogeniæ perfecte acquiſitum habet: quip-
pe cum illud fratri ſuo, etiam uiuente adhuc parte, uendere,
& cedere poſſit, ut ius diuinum,& canonicum teſtantur, Ge-
10 neſ.25.v.31.can.quam pariculoſum.8.cauſ.7.quæſt.1.Quod†
autem perfecte cuiuſque eſt,id ad ſuos quoque tranſmittit hæ-
redes, ut qui in omne ius defuncti ſuccedunt,leg. hæredem 59.
& leg.hæreditas,62.ff.de reg.iur. Quo circa primogenitus fi-
lius ius ſuum primogenituræ ad propriam ſuam ſobolem
tranſmittit: præſertim cum illud (ut modo dictum) alij cede-
11 re poſſit: & id, quod† ceſſibile eſt,ad hæredes etiam ſit tranſ-
miſſibile, arg.l. ex pluribus, 42. vbi Bart. num. 1. & alij, ff. de
12 adminiſtrat.& peric.tutor. Tum† item quia feudum ſemel.
ſtirpi alicui queſitum, perſeuerat in ea, quamdiu ſucceſſor in
illa ſupereſt,& non de vna ſtirpe in aliam deſilit, titul.8. de ſuc-
ceſſ. frater.& titul. 50. de
natura ſucceſſ. feud. libr.
13 2.F. Tum† etiam quia ius
ordini,& loco alicui con-
ceſſum, ei tamtum, qui
ordinem, & locum illum
occupat, debetur, l. im-
munitat. l. 1. in princip. l.
3.§.1.& l.4.§.quanquam,
3 ff.de cenſibus. Cum igi-
tur ius primogenituræ,
ſiue maioratus ordini, &
loco filij natu maximi tri-
butum ſit: debetur certe
nepoti, qui ſubducto de
familia patre, in locum,
ordinem, gradumq; illius
ita ſucceſſit, quaſi nun-
quam vacuus ille fuiſſet,
argument. l. filius, 28. §.
liberos, 7.ff.de coniungend. cum emancipatio liberis eius, l. fi-
lium, 20. §. videamus,in fin. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab.
14 Tum† poſtremo quia iura magis ſubueniunt de damno vitan-
do certanti, quam lucrum captanti, l. Proculus, 26.ff.de damn.
infect.l.2.§.item Varus 5.ff de aqua pluu.arcend.l.ſi is, cui 71.
in fin.ff.de furt.& l.vnic. Cod.pœnis fiſcalib.creditores præfer-
ri, libr.10.
Sed nepos in noſtra ſpecie de damno vitando certat: quoniã
ſpem ſuccedendi in patre ſuo radicatam habet,quæ iam ad ipſũ
tranſmiſſa eſt. Patruus autem de lucro captando laborat: quia,
quod petit,nunquam habuit: ita vt ſi id conſequetur,tanquam
merum lucrum ipſi obtingeret. Atq; his, alijſq; pluribus argu-
mentis hanc aſſertionem confirmant.Tiraq.in tract.de iur.pri-
migenior.q.40.n.19.& aliquot ſeqq.Mynſinger.cent.3. obſer.
23. Arumæus Exercitat.Inſt.11.th.6.controuerſ.iur.c.2.Ioan.
Andreæ in additionib.ad Speculatorem ſuper rubrica,de feud.
verſ.redeundo ad indiuiduum circa finem Oldrad. conſil. 224.
Frider.Schenck Baro ad tit.24. de feudo Marchiæ, lib.1.F.nu.
14. Petr.Gregor. de Republ.libr.7.cap.10. Matthias Stephani
cent.3 q.5.D.Bocer.in tract. de iure ſucced.feud.cap.3. q.48.
Henricus à Roſenthal.in tract.iur.feud.capit.7.concluſ.26 nu.
13.alijque complures ab his laudati. Tametſi (poſt multos alios
quos cumulauit Tiraquellus d.quæſt.40.numer.15 & Roſen-
thal.d.concluſio.26. in addit. ſub littera O,) diſſentiant Cuia-
cius ad tit.11.libr.2.F.Ioannes Petrus Surdus conſilio 403. nu.
34 cum ſeqq.lib.3.& Goldaſtus in Diſcurſu exoterico,ſuffixo
eiuſdem tractatui de Maiorat.num.9.&c. Quorum argumen-
ta potiora diligenter diluit Dominus Bocerus quæſtio. 48. &
de ijs nonnihil etiam mouimus ad dict. principium titul. In-
ſtitut. de hæreditarib. quæ ab inteſt. defetunt. numero 82. &
ſeqq. *Harprec.*

QVAESTIO LXXXII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Flius naturalis an ſuccedat in feudo.*
Et quid ſi ſit legitimatus ad feuda.
2 *Et quid ſi talis legitimatus ſit ſpurius.*
3 *Et quid ſi legitimatio facta ſit à Comite Palatino.*
4 *Et quid in legitimato per ſubſequens matrimonium.*
5 *Et quid ſi feudum receptum ſit pro ſe,& filijs legitime natis.*

Ex Additionibus.

1 *Filij naturales in feudis non ſuccedunt*
2 *Vtrum naturales filij,per ſubſequens matrimonium legitimati, in feudis ſuccedant.*
3 *Affirmantium opinio approbatur.*
4 *Quoties caſus aliquis feudorum placitis non eſt expreſſe deciſus eius deciſio ex iure communi petenda eſt.*
5 *Accurata explanatio c.1.§.naturales,ſi de feudo defuncti content.ſit inter dom.& agnat.vaſ.tit.26.lib.2.F.*
6 *Impium eſt de viuentis hæreditate ſolicitum eſſe.*
7 *Qui legitimi fieri dicantur.*
8 *Reſponſio ad quorundam obiectionem.*
9 *Compilatores iuris feudiſtici haud dubie cognitionem iuris Romani habuerunt.*
10 *Iura canonica in vſum prodierunt poſt conſuetudines feudorũ*
11 *Quis eligendus Epiſcopus.*
12 *In dubio iuris ſermone quæ admittenda interpretatio.*
13 *Statutum loquẽs de legitime natis complectitur etiam per ſubſequens matrimonium lagitimatos.*
14 *Et quid,ſi feudũ vaſallo cõcedatur pro ſe,et filijs legitime natis.*

AD-

ADDITIONES.

a NAturales.] Naturalis quis proprie dicatur, & quis large,
vide ſupra § Emphyteuſis,quæſt.30.atque in ſingul.meo
37. nec non in collect. mea commun. opin. in verb. naturalis
nu.1. vbi declaratur. Itẽ
an fratres, feuda pater-
na, & hæreditaria, ijſque
adiacentia, contra fra-
trem legitimatum, qui
ad feudum ſe admitti pe-
tit, incapacitatem eius
opponere poſſint,& eum
vt extraneum repellere?
vide Menoch.in cõſ.202.
vbi plene, & pulchre. Itẽ
quod filius legitimatus
etiam ſpecialiter ſuccedat
non ſolum in bonis allo-
dialibus, ſed etiã feudali-
bus, commune vide per
Socin. conſ.3.nu.9.vol.3.
& dixi in collect.mea cõ-
mun. opin. in verb.filius,
num.81. *Giach.*

QVÆST. LXXXII.

1 a *FIlius naturalis* [a] *non ſuccedit in feudo etiamſi ſit legitimatus. Text. eſt expreſſus in cap.1. §. naturales, ſi de feudo defuncti,&c. Sed quæro, quid ſi à Principe ſit legitimatus ex preſſe ad feuda? Reſpon. quod talis bene ſuccedit in feudo, & excludit ceteros agnatos remotiores. Et ita dixit gloſ.in d.§. naturales. in verb. Legitimi. quã dicit eſſe cõmuniter approbatã Pariſ.conſ.1.nu.76.lib.2. Ruin. conſ. 36. num. 18. lib.1. Curt.iun.conſ.136. nu.1. & eſt magis communis opin. vt atteſtatur Boer.dec.123.nu.6.Curt. iun.conſ.167. nu.28.illam etiã gl.dicit eſſe per omnes communiter approbatam Curt.iunior. de feud. in 3. parte in materia ſucceſſionis deſcendẽtium,q.17. in princ.ſubdens, quod ſecundum Doct.communiter ſufficit, quod Princeps legitimet in genere, ad ſucceſſionem feudornm licet non exprimat in ſpecie,ad talia, & talia feuda.*
2. *Et nota, quod licet gl.in d. §. naturales. loquatur tantum de naturalibus ſimpliciter: tamen idem eſt etiam in ſpurijs, & in alijs illegitimis, ſecundum omnes, vt dicit Cuman.conſ.168. num.4. vbi etiam ſubdit, quod ita quotidie de facto ſeruatur.*
3 *Et hæc quidem concluſio de plano procedit,quando talis legitimatio eſt facta ab ipſo Principe, penes quem eſt plenitudo poteſtatis. Sed quid ſi facta ſit à Comite Palatino habente priuilegium legitimandi? Reſpon. quod idem eſt dicendum, modo talis Comes habeat in priuilegio expreſſam poteſtatem legitimandi ad feuda. Ita dicit Signor.conſ.220. num.4. & ſeq. & eſt commun. opin. vt dicit Pariſ. in d. conſil.1.num.123. lib.2. Molin. in conſuet. Pariſ. feud.§.8.gloß.1. num.38.*
4 *Item quæro, quid in eo, qui eſt legitimatus per ſubſequens*

Filius naturalis non ſuc
1 *cedit in feudo.*] Filios †
naturales, etiam legitima
tos, ad feudi ſucceſſionẽ
nõ admitti, certi iuris eſt
feudalis, cap.1.§. natura-
les, Si de feudo defuncti
contentio ſit inter dom.
& agnat. vaſ. tit.26.lib 2.
F. Sed grauiſſima quæſtio
2 eſt: Num† naturales fi-
lij, per ſubſequens matri-
monium legitimati, vt in
allodijs, ita & in feudis,
æque ac legitime nati,ſuc
cedant? Et licet nonnulli
negatiuam, tanquam veritati theoricæ magis conſentaneam,
ſententiam defendere nitantur, Sonsbecc. in Commentar. ad
vſus feudor. part.9. num. 72. Vulteius lib.1. de feud. capit.9.
num.94. pag.540. Miellius diſput. feud.5. th.7. ſub liter. D. &
Gothofred. Anton. diſput. feud.5. th. 6. ad lit. C. uerſ. quid ſi
3 per ſubſequens matrimonium,&c. affirmatiuam† tamen, ut in
praxi veram,ita & in theoria ueriſſimam,conſpirantibus uotis,
præter Clarum hic noſtrum num.4. & abeo relatos, tuentur
Iacobus de Beluiſo, Baldus, Præpoſit. Matth. de Afflict. Fri-
dericus Schenck, Laudenſ. Aluarott.& alij in dict.§. naturales.
Hoſtienſ. Ioan. Andr.& Anton.de Butr.in cap.lator.5.extr.qui
filij ſint legit. Ripa in l. ſi vnquam,8. num.88. C.de reuocand.
donat. & in l.ex facto,17. §.ſi quis rogatus 4.num.84.ff ad SC.
Trebellian. Schrader. in tract.feud.part.7.cap.5.num.21 Bor-
cholt. in Commentar. ad conſuet. feudor.cap.7. num.48.Vil-
lalobos in th. commun. opin. lit.L. num 73. Gail.lib.2. obſeru.
141.num.2.Soarez. in theſaur. recept. ſentent. lit.I. num.125.
Franciſcus Viuius lit. F. uerb. filiusfamilias, uerſ. filij nati ex
legitimo,&c. Roſenthal. in tract.iuris feud.cap.7. concluſ.18.
num.1. & 2. Olemann. ad lib.3. diſput. iur. ciu. Giphanij, di-
ſputat.23.numer.9. pag.7. Duaren. de feud. cap.11. numer.7.
Schneideuuin. de feud. part.6. num.13. D.Bocer. in tractat. de
iure ſucced. in feud cap.3.quæſt.2. Roberus diſput.3.ad Inſtit.
th.4. Heigius ad princip.tit. Inſtitut. de hæreditatibus, quæ ab
inteſt. defer. cap.5. num.158. Andr. Gerhardi Exercit. Iuſtin.
decad.11. in coronid. & Rudinger.lib.1.uar. lection. iur.feud.
lib.1. cap.16. num 4. Atque ſecundum hanc communem ſen-
tentiam quotidie practicari, eamque confirmari ſententijs iu-
dicum, atteſtatur S. cent.1. conſ.1. num.16. Eaque in Camera
Imperiali vnanimi Aſſeſſorum ſuffragio recepta eſt, tradente
Mynſingero, cent.5. obſeru.42. Quin & eandem in Conſiſto-
rijs Ducum Saxoniæ obſeruari ſcribunt Schneideuuinus d.part.
6. num.13. & Hartmannus Piſtoris lib.2.quæſt 41. numer.35.
4 Eiuſque† ueritas primo inde effloreſcit: quod caſus feudorum
placitis non expreſſe deciſus, ex iure communi ſit explicandus,
tit.1. in fine principij, lib.2. F. Sed iuris communis diſpoſitio-
ne, legitimati per ſubſequens mattimonium æque admittun-
tur ad ſucceſſionem, ac ſi legitime nati eſſent. Nouell.12.cap.
ultim. Nouell.89.cap.8.
cap.tanta, 6.extr. qui filij
ſint legitimi.
Nec huic obſtat quic-
5 quam, quod† in d. §. na-
turales, liberi naturales,
licet poſtea fiant legiti-
mi, ad feudi ſucceſſionẽ
admitti, generaliter ne-
gantur. Feudiſta enim il-
lic quæſtionẽ hãc utram-
que proponit ac decidit:
an naturales filij in feu-
dum ſuccedant? an item
in feudum ſuccedant filij
legitimati? Huic autem
quæſtioni tunc ſolummo
do locus eſt, quando ſuc-
ceſſionis caſus contingit,
hoc eſt, cum moritur ua-
ſallus, de cuius ſucceſſio-
ne agitur, tit.8. in princ.
ibi, ſi quis igitur deceſſe-
rit, lib. 1.F.& titul. 11.in
princ. ibi, mortuo enim
6 eo,&c. lib.2. F. Eo† ſi-
quidem tempore de ſuc-
ceſſionis iure primum re
cte quæritur, non antea:
cum impium ſit, de ui-
uentis hæreditate ſolici-
tum eſſe: & eo maxime
tempore ius hæredis in-
ſpiciendum ſit, quo hære-
ditatem acquirit, l.ſi alie-
num, 49. §. 1. uerſ. nam
ius hæredis, ff.de hæredib. inſtit. Proinde textus in præallegato
§. naturales, intelligendus eſt de caſu, quo pater uaſallus deceſ-
ſit,& iam locus eſt ſucceſſioni in feudum: id quod arguit etiam
ibidem uerbum præſentis temporis, admittuntur. Si Feudiſta
ibi loqueretur de futura in feudum ſucceſſione, adeoque de
tempore, quo uaſallus pater adhuc ſuperſtes eſt; uteretur certe
uerbo futuri temporis, admittentur.
Quia uero eo in loco Feudiſta agit de feudo iam delato, &
de præſenti in feudum ſucceſſione: exaudiendus quoque eſt
de filij legitimatione, poſt delatam feudi ſucceſſionem facta.
Vnde caute addit hæc uerba: licet poſtea fiant legitimi: id eſt,
licet fiant legitimi, poſteaquam caſus extitit, quo ſucceſſioni in
feudum locus eſt, puta, poſt obitũ patris uaſalli. Ceterum cum
mortuus pater uaſallus ducere amplius uxorẽ concubinã ſuam,
matrem liberorum naturalium, ſicque eos per ſubſequens ma-
trimoniũ legitimare nequeat: omnino conſequens eſt, textum
d.§. naturales, non de naturalibus filijs, per ſubſequens matri-
moniũ legitimatis, ſed de eiuſmodi filijs, alio modo poſt mortẽ
patris ſui uaſalli legitimatis, eſſe accipiendum. Quam interpre-
tationẽ ſuadent & confirmant non parum illa uerba: fiant legi-
7 timi. Fieri† namq; legitimi dicũtur, qui per reſcriptũ Princi-
pis, aut Pontificis Romani (ſiquidem, & hunc ius legitimandi
liberos naturales ſibi arrogare, patet ex cap. per uenerabilẽ, 13.
extr. qui filij ſint legit. & largo ſtylo, poſt alios, docet Forſterus
lib.6. de ſucceſſionib.cap.34.& D.Bocer.in tractat.de regalib.
cap.2.nu.100.& ſeq. legitimantur: quia ſingulari illo legitima-
tionis actu id ſaltem agitur, ut immediate naturales legitimi
fiant. Qui autem per ſubſequens legitimantur matrimoniũ; illi
non legitimi fiunt: ſed ipſo iure legitimi, ex alio quodam actu,
nimirũ cõtractu matrimonij, exiſtunt, d.Nouell.12.cap.4.circa
finem, ibi, proprij exiſtentes atque legitimi, & d. Nouell.89.
cap.8. ibi, legitimos ei eſſe ſancimus, & ibi, nihilominus prior
ſoboles legitima conſiſtit, cap.1. ibi, eã legitimam iudicetis, &

d.c.tan-

d.c.tanta, 6. ibi, legitimi habeantur, extr. qui filij ſint legitimi. Quibus ex locis cernere cuiuis promptum eſt, quod, ſicuti legitime nati, ita & naturales liberi ui ſolius matrimonij pro ſe exiſtant legitimi, nō quodam hominis facto: quod tamen cauſa eſt legitimationis eorum, qui per reſcriptū, uel oblationē curiæ legitimantur. Quare neceſſe eſt, ut textus in prædicto §. naturales, non de legitimatis per ſubſequēs matrimoniū, ſed de alijs legitimatis, puta, per aliquod reſcriptū, aut † per oblationem curiæ, intelligatur.
8

Non euertit hāc interpretationē: quod in textu illo hæc uerba ponantur; nec ſoli; nec cum alijs: & quod per reſcriptum, aut mortuo patre per curiæ oblationē legitimatio fieri nequeat, exiſtente legitima ſobole, d. Nouell. 89. cap. 2. §. 1. & cap. 9. Iſthæc enim uerba ad præcedentem dictionem naturales commode referri poſſunt & debēt. Naturales quippe filij non ſuccedunt in pe filij non ſuccedunt in feudo, non ſolum cum alij legitimi filij adſint, ſed & cum deſint illi, ſicque naturales ſoli ſint: tametſi in allodijs communi iure in duas vncias liberi naturales ſuccedant, ſine legitima prole patre defuncto. Nouell. 18. cap. 5. & Nouell. 89. cap. 12. ad quod ius Feudiſta in d. §. naturales. veriſimiliter reſpexit.

9 Deinde † receptiſſimam aſſertionem noſtram iuuat hęc quoque ratiocinatio: Conditores iuris feudiſtici proculdubio exploratum, per ſpectumque habuerunt, quod legib. Romanis diſpoſitum fuerit de ſucceſſione liberorum, per ſubſequens matrimonium legitimatorum, vt liquet ex d. tit. 1. ibi, aliæ dirimuntur iure Romano, & ibi, legum autem Romanorum, item ibi, vti poterit lege ſcripta lib. 2. F. Si ergo ab hac communi legislatione de liberorum per ſubſequens matrimonium legitimatorum ſucceſſione cōditores placitorum feudalium abhorruiſſent: vtique nominatim, ac diſerte id alicubi teſtati fuiſſent; atque ita hiſce liberis aditum ad feudorum ſucceſſionem expreſſe præcluſiſſent. Atqui vero nuſquam hos liberos aditu ad feudorum ſucceſſionem expreſſe prohibuerunt. Itaque plane veroſimile eſt: quod ij, diſpoſitionem iuris communi ſecuti, etiam liberos, per matrimonium ſubſequens legitimatos, ad feudi ſucceſſionem admiſerint.

10 Præterea † poſt feudorum iura prodierunt in vſum iura canonica: id quod vel inde manifeſtum fit, quod libro tertio Decretalium integer tit. de feudis videlicet 24. eſt inſertus. Cum ergo ius canonicum legitimatos per ſubſequens matrimonium liberos, in omnibus, & per omnia comparet liberis legitimè natis, ijſque non minus, ac ſi ab initio legitimi fuiſſent, generaliter, nullaque adhibita diſtinctione inter res proprias, & feudales, ſucceſſionem deferat, d. cap. tanta, 6. ext. qui filij ſint legitimi, certe ex diſpoſitione quoque iuris canonici liberi, per ſubſequens matrimonium legitimati, in feudum ſuccedunt.

11 Idque † ex eo etiam probabile redditur: quod licet idem ius canonicum requirat, vt Epiſcopus eligatur, qui ex legitimo matrimonio eſt natus, cap. cum in cunctis, 7. extr. de elect. nihilominus tamen permitti, vt Epiſcopus, qui per ſubſequens

matrimonium? Reſpond. quod
b *iſte vtique* b *ſuccedit in feudo. Ita tenet Andr. de Iſer. in d. §. naturales. Et ita communiter tenetur, vt dicit Alexan. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, el 1. nu. 18. in fin. ff. ad Trebell. quē refert Iaſ. in l. generaliter, §. cū autem. poſt nu. 10. C. de inſt. & ſubſtit. Hanc etiam eſſe communem concluſionem atteſtatur Curt. iun. conſ. 136. num. 1. Dec. conſ. 155. poſt nu. 3. quem refert Pariſ. conſ. 13. nu. 44. & ſeq. lib. 2. vbi etiam refert Socin. idem atteſtari conſ. 3. nu. 2. lib. 3. quem tamen ego in libro meo non reperi hoc atteſtantē, licet in eod. conſ. num. 6. videatur tranſire cum hac opinione quam ego etiam ſequor, quia huiuſmodi legitimati fere in omnibus reputantur legitimi.*

5 *Sed quid ſi feudum ſit rece-*
c *ptum pro ſe, & filijs legitime natis, nunquid talis legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedet in feudo? Reſpon. quod ſic. Et ita tenet Abb. in cap. in tanto. nu. 7. qui filij ſint legitimi. vbi etiam dicit, quod ita tenent communiter Doct. & eſt commun. opin. vt dicit Card. Alex. in d. c. tanta. Ripa in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus, el 1. poſt nu. 48. quia, vt dixi, æquiparantur legitime natis in omnibus, & per omnia.*

matrimonium eſt legitimatus, eligi poſſit, cap. innotuit, 20. vbi gloſ. ſuper verb. coniugata. ext. eodem tit.

12 Adhæc † in dubio iuris ſermone eam admittere interpretationem iubemur, quæ minimum iniquitatis habet, l. quotiens nihil 200. ff. de reg. iur. l. placuit, 8. C. de iudicijs; & quæ benignior eſt, vitioque caret, l. benignius, 8. & l. in ambigua, 19. ff. de legib. & l. ſemper in dubijs, 56. ff. de reg. iur. Cum ergo in tit. 8. in princip. lib. 1. f. udor. & titul. 11. in princ. libro 2. Feud. filijs tribuatur ius ſuccedendi in feudum: & dubium ſit, an textus illi per filios intelligāt etiam filios per ſubſequens matrimonium legitimatos: benignius autem ſit, & æquius, vt interpretemur eos textus etiam de filijs hoc modo legitimatis; maxime cum ius feudale ex iure communi interpretationem capiat: d. tit. 1. libro 2. F. quod commune ius hos legitimatos liberos legitime natis liberis pleniſſime comparat, vt ſupra num. 4. & 10. oſtenſum; hanc profecto interpretationem recipere amplectique debemus.

13 Denique huc & illa confert ratio: quod ſtatutum loquens de legitime natis complectatur etiam per ſubſequens matrimonium legitimatos, vt tradidere Antonius de Butrio in cap. per venerabilem, 13. col. 18. verſ. quod ſi dixerit. extr. qui filij ſint legitimi, & in d. cap. innotuit. 20. vbi etiam Ioan. de Imola extr. de elect. Ioan. Crotus in l. Gallus, 29. §. & quid, ſi tantum, nu. 169. ff. de liber. & poſthum. hæredib. inſtit. Caſtr. in l. fin. C. de his, qui ven. ætat. impetrau. Campeg. in tractat. de dote 1. parte 5. partis princ. q. 59. Decius in d. cap. cū in cūctis, 7. nu. 29. extr. de elect. & conſ. 155. Pariſius conſ. 13. nu. 40. vol. 2. eoſque referens Forſterus d. lib. 6. de ſucceſſionib. cap. 29. nu. 4. Ergo & ius feudale, de legitime natis liberis verba faciens, liberos quoque ſubſequenti matrimonio legitimatos comprehendit. Iſtas, ſimileſque rationes pro affirmante ſententia noſtra diligenter annotauit D. Collega Bocer. claſſ. 5. diſput. 18. th. 7. ad lit. D. edit. 2. & præallegato Tractat. de iure ſucced. in feud. cap. 3. q. 2. vbi ad contrarię opinionis argumēta abunde reſpondit. Eadem & nos refutauimus ad d. principium tit. Inſtitut. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. nu. 276. & ſeqq. *Harprec.*

b *Vtique ſuccedi.*] Adde de iſta communi per Dec. in d. cap. cum in cunctis, num. 10. de elect. & dixi in collect. mea commun. opin. in verb. legitimatus, nu. 31. *Giach.*

c *Sed quid, ſi feudum ſit receptum pro ſe, & filijs legitime*
14 *natis.*] Si † feudum vaſallo concedatur pro ſe, & filijs ipſius ex legitimo matrimonio procreatis, vel quod idem eſt, legitime natis; ſuccedunt etiam filij per ſubſequens matrimoniū legitimati. Ita, vltra Clarum noſtrum, & ab eo nominatos hic, tenent. Andr. de Iſern. Laudenſ. Præpoſit. Matth. de Afflict. & alij in d. c. 1. §. naturales, ſi de feudo defuncti cōtent. ſit int. dom. & agnat. vaſ. tit. 26. lib. 2. F. Borcholt. in Cōment. in cōſuet. feudor. c. 7. memb. 2. nu. 51. Schrader. in tract. feud. part. 7. cap. 5. nu. 51. Hartman. Piſtor. lib. 2. quæſtio. iur. part. 2. q. 41. Henricus à Roſenthal. in tract. iuris feudal. c. 7. concluſ. 18. nu. 4. alijque complures per eum relati ſub lit. E. *Harprec.*

QVÆSTIO LXXXIII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Extranei hæredes an ſuccedant in feudo.*
2 *Et quid ſi receptum ſit pro ſe, & hæredibus.*

Ex Additionibus.

1 *An feudum inueſtituræ pacto acquiſitum alicui tertio, ad eius quoque hæredes tranſeat.*
2 *Extranei hæredes an, & quatenus in feudis ſuccedant, remiſſiue.*

ADDITIONES.

a *AN in feudo ſuccedant extranei hæredes.*] Addi hic poterit quæſtio non inutilis: an
1 † feudum, cuius ſucceſſio inueſtituræ pacto acquiſita alicui tertio, ad eius quoque filios, ſiue hæredes tranſeat? Et breuiter reſpondetur: quod ſi pactum illud ad certam tertij alicuius perſonam fuerit directum, puta, vaſalli paciſcentis fratrē Caium, aut vaſalli cognatū Iulianum; cum pactum hoc perſonale ſit, tertij iſtius filij in feudum non ſuccedant, l. idem in duobus, 25. §. 1. & l. ſi vnus, 27. §. pacta, quæ turpem, 4. verſ. ante omnia, ff. de
2 pactis. Et ita † ſentit D. Collega Bocerus in tractatu de iure ſuccedendi in feudum, c. 2. quæſtion. 4. Vbi contraria refellit. Ceterum an, & quatenus extranei hæredes in feudis ſuccedant, poſt Clarum noſtrum, & alios, vbertim explicat Henricus à Roſenthal. in tractatu feud. capit. 7. concluſ. 6. *Harpr.*

b *Filijs, & hæredibus.*] Item, quod extranei non veniant in conceſſione facta pro ſe, filijs, & hæredibus: commune dixit Alexan. conſ. 16. num. 3. vol. 2. & dixi in collect. mea commun. opinion. in verb. extraneus, numer. 3. *Giachar.*

QVÆST. LXXXIII.

a *QVæro, an in feudo* a *ſucce-*
1 *dant extranei hæredes. Reſpondeo, Omne feudum, quod poteſt alienari ſine conſenſu domini, vel agnatorum, tranſit ad extraneos hæredes: quia de tali feudo idem iudicatur, quod de alijs bonis allodialibus: & ideò ſi feudum ſit nouū, ex quo poteſt libere per vaſallum alienari interueniente conſenſu domini, vt dixi ſupra quæſt. 41. verſ. Et hæc quidem. poterunt etiam in eo cum licentia domini ſuccedere extranei hæredes. Si vero ſit conceſſum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, tunc poterunt etiam ſine licentia domini in eo ſuccedere extranei. Idemq; ſi ſit conceſſum pro ſe, & quibus dederit; poteſt enim de eo vaſallus liberè diſponere. Si vero feudum ſit ſimpliciter recceptum, nulla facta mentione filiorum, neque hæredum, tunc ex prouidentia legis non vocantur ad feudum, niſi filij, & deſcendentes ipſius inueſtiti, vt dixi ſupra q. 9. verſ. Sed quid dicendum. & ideò in tali feudo extranei hæredes non ſuccedunt. Aut vero feudum eſt receptum pro ſe, & filijs, vel pro ſe, & liberis, vel pro ſe, & deſcendentibus, & in hoc non eſt difficultas, quia extraneus hæres ad illud non admittitur. Aut eſt receptum pro ſe, & fi-*
b *lijs, & hæredibus,* b *& idem eſt dicēdū, ſcilicet, quod extraneus hæres non ſuccedat. Ad hoc enim, vt quis in tali feudo ſuccedat, requiritur, quod in eo vtraque qualitas concurrat, vt dixi ſupra, in d. q. 9. verſ. Quandoque, & tertio.*

2 *Sed quid ſi feudum ſit conceſſum ſimpliciter pro ſe, & hæredibus, nunquid in tali feudo admittētur extranei heredes? Reſp. quod licet in hoc articulo inter Doct. variæ fuerint op. tamen tenendum eſt, quod extranei hæredes in tali feudo nō ſuccedant. Et iſta eſt communis opin. vt dicit Bal. in l. etiā, in fine principij. ff. de ſolut. matr. quem refert Dec. conſ. 175. poſt num. 3. verſic. Vlterius etiam, & conſ. 395. num. 8. & Goz. conſ. 9. n. 51. & Soc. iun. conſ. 112. nu. 8. lib. 2. & conſ. 27. num. 26 lib. 1. Hanc etiam opin. dicit communiter teneri Bald. conſ. 16. ſub tit. de verb. ſigni. quem refert Gratus cōſ. 4. nu. 32. lib. 1. Et dicit Pariſ. conſ. 2. 32. lib. 1. quod ita concludunt communiter omnes, & dicit Soc. iun. conſ. 108. n. 6. lib. 2. quod iſtud eſt cōmmune dictum. Hāc et dicit eſſe comm. opi. Gozad. conſ. 26. nu. 30. & ratio eſt, quia verbum, heredibus, in materia feudali recipit à lege hanc interpretationem, vt intelligatur ſolum de deſcendentibus. Ita eſt communis opin. vt atteſtatur Rubeus conſ. 164. nu. 11. Gratus cōſ. 29. numer. 41. lib. 2. Berous queſt. 17. num. 3. & dixi ſupra ſæpius.*

QVÆSTIO LXXXIV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Fiſcus an ſuccedat in feudo.*

Ex Additionibus.

1 *An & quatenus feuda, bonis vaſalli publicatis, in Fiſcum trāſeant, remiſſiuè.*

ADDITIONES.

a *SVccedat in feudo.*] Adde, quod nec etiā commoditates feudi, quę ſaltē non tranſeunt etiā ad extraneos hæredes, fiſcus conſequi, aut habere poteſt, prout eſt communis opinio, vt atteſtatur Burſat. conſ. 43. nu. 16. *Guiot.*

An fiſcus ſuccedat in
1 *feudo.*] An † & quatenus feuda, bonis vaſalli publicatis, in fiſcum tranſeāt, poſt Clarum hoc loco noſtrum, & ab eo recitatos, alioſque, fere ſexcētos, pleniſſimè declarant Henricus a Roſenthal. in tractat. iuris feudal. capit. 11. concl. 11. & ſubſeqq. *Harpr.*

b *Publicatis.*] An, & quando bonis vaſalli publicatis bona feudalia cōprehendantur in bonorū publicatione? vide per Boſſ. tit. de bon. public. num. 53. *Giach.*

c *Reſp. quod non.*] Nec etiā commoditates feudi, quæ non tranſeūt ad extraneos hæredes, fiſcus conſequi non poteſt ſecundum Burſ. conſilio 43. nu. 16. lib. 1. *Gouea.*

d *Iacob de feud.*] Adde, vt per eund. in ſuis quæſtion. feudal. q. 28. num. 36. *Giach.*

e *Ego verò.*] Tu vide per Crauet. in conſ. 128. col. fin. circa ſecūdum. *Giach.*

QVÆST. LXXXIV.

a *QVæro, an fiſcus* a *ſuccedat*
1 *in feudo, & ſic an publi-*
b *catis* b *bonis vaſalli confiſce-*
tur etiam feudum? Reſp. quod
c *non,* c *Ita tenet Bart. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. n. 3. ff. de damno infecto. & eſt communis opin. vt dicit Roman. in d. §. ſi de vectigalib. quem refert Apoſtil. ad Ang. de maleſ. in verb. præſente Caio. poſt num. 40. Alex. in eo. §. ſi de vectiga*
d *lib. n. 30. Iac. de feu.* d *in verbo; Dictique vaſalli, el 1. num. 61. & ſeq. Ruin. conſ. 23. num. 23. lib. 5. Curt. iun. conſil. 4. nu. 20. Rubeus conſil. 134. numero 3. Boer. deciſ. 374. numero 9.*

e *Ego vero* e *aliquando dicebam, in hoc propoſito conſiderari poſſe tria genera feudorum Primum eſt, de quo vaſallus non poteſt libere diſponere ſine licentia domini, & ſine conſenſu agnatorum, eiuſmodi eſt feudum antiquum ex pacto, & prouidentia, & tale feudum, etiam quod vaſallus delinquat, & eius bona fiſco applicentur, nunquam venit in confiſcatione bonorum, cuiuſcunque generis ſit delictum. Nam, vt dixi ſupra, q. 66. mihi ſemper viſum fuit iniquum, & abſurdum, quod vaſallus poſſit delinquendo præiudicare domino, aut agnatis, quibus non poſſet præiudicare alienando, & cum ad huiuſmodi feuda non admittatur extraneus hæres, vt dixi quæſt. prox. ergo nec fiſcus, qui hoc caſu habetur loco extranei hæredis, quæ conſequētia apud me habet nullā difficult. Quis autē hoc caſu præferatur in ipſo feudo, an dominus directus, an autem filij, vel agnati? dicendum eſt, quod ſiquidem delictum eſt tale, propter quod dominus non poſſit priuare vaſallum feudo, ſemper præferuntur agnati. Si vero propter illud delictum vaſallus poſſet feudo priuari, tunc vt ſcias, quis præferatur, vide quæ dixi ſup. in d.*